2795

dando satisfacere omneque iudicatum pati suis cum succumbus tenebuntur
Eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes subsequentes causae
eiusdem terminos semper peremptorios. Nullis contrauersijs exceptionibus
allegationibus euasionibus dillationibus, infirmitatibus monitionibus appellationibus
ac eorum quibusuis prosequutionibus aliisque tenentis iuris remedijs et defensis le-
galibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores obstan-
tibus et abrenunciando sub amissione sua et suorum successorum totius et integrae causae.

WOINO — Emissus.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitaneus Branscen. personaliter com-
parens Nobilis Joannes olim Gabrielis Woino in Woiny eiusque nomine suo
et laboriosi Stephani Rusinczyk subditi sui a quo paratam de rato et grato
in forma iuris plenissima cauet sanus mente et corpore existens palam publice
ac libere recognouit. Quia Nobilem Martinum olim Valentini Woino fratrem
patruelem de causis prima Ratione stipendiorum seu impensarum pro
expeditione bellica ad confines contra Kozacos factis ex bonis Wawrzyce mo-
uenti ad Iudicium ordinarium Capitaneale Terrae Bielscen. instituta et de
poena infamiae ea in causa obtenta nec non de alijs causis per confratrum
subditum Ratione vulneratam ipsi ad quod dictum iudicium tum et Ratione ad
ministerium per Gedeonem Stephanum subditum de villa Dobrzeka contra ipsum
in causa illorum vulneratam necnon per se recognoscas eidem Martino
Woino Ratione de pabulationis frumentorum diuersi generis adiudicata
Iudicii Branscen. etc. vistas obtentam inter se concordiam et complanationem suffi-
cientem satisfactionem emittit et liberum facit processusque omnes tam per
se quam per subditum obtentos in quouis gradu iudicij pendentes tam in Termi-
natam quam per controuersia debitam quibusuis prolatam tum et poenas
infamiae cassat et annihilat perpetuis temporibus.

G. WOINO — Donatio.

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitaneus Branscen. personaliter comparens
Nobilis Martinus olim Valentini Woino de Woiny antiqua terrae sanus
mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit. Quia Generoso Jo-
anni olim Gabrielis Woino de Woiny antiqua et Indici et eius legitimis suc-
cessoribus Bonorum suorum immobilium in Bonis Woiny antiqua Wawrze
ce consistens aliquae aream suam paternam dictam Marcelowska octo
sulcorum cum fascina prout eadem area in se continet, incipiendo a via
Zagumienna ex vtraque parte via per villas tendentes et quo vsque aliae
areae extendunt, et a praefata area in campo per sulcam Marosolo
wska octo sulcorum ad viam publicam quae tendit ad Wysokie
tendens inter metas eiusdem Joannis ex vna et Catherinae Woino
vna relictae et Baltazari Sliwowsky ex altera parte iacens. Cum hor-
tis agris pratis campis arboribus sepibus et generaliter cum omnibus
vtilitatibus fructibus attinentijs et pertinentijs prouentibus redditibus
modo quouis ex eisdem bonis prouenientibus nullis exceptis perpetuo et
in aeuum dedit donauit inscripsit ac iure suo cedit libere et resignauit. Cui iam
ex nunc Jus realiter cum actuali ac pacifica possessione similem et actus donationis
officio acceptando dat et admittit. Submittit se idem recognoscens

cum sub